



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXIII. An doceatur idem ex Antiquitatibus Ecclesiasticis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

AD III. Iam liquet eodem fuisse typos etiam Cœnæ seu Eucharistia: testibus S. Patribus.

QVÆSTIO LXXIII.

An Missa Sacrificium esse doceatur ex PROPHETIS?

LUTHERO-CALVINISTÆ pertendunt Vaticinia impleta esse in Sacrificio Crucis: Deinde pleraque intelligenda de spirituali Sacrificio bonorum operum ad laudem Dei.

S VADENT istis de Malachia. 1. *Malach.* non dicit, *Sacrificulum debere mimicis gestibus in pane & vino representare passionem Christi.* 2. *Malach.* dicit in genere futurum. *Sacrificium mundum: non explicat, quale.* At in Nono Testamento sunt solum spiritualia. Huc citant S. Patres.

A V T O R. Prophetiae sunt de Sacrificio S. Coenæ propriè dicto; non de improprio Spirituali. 1. *Malach.* 1. *Offer-ti super altare meum panem pollutum, cœcum, claudum. &c.* At verò; *In omni loco Sacrificatur, & Offertur Nomini meo Oblatio mun-dæ;* scil. Corpus & Sanguis Christi: quod immundum esse nunquam potest: Estq; Noua oblatio: At Caluino *Inst. l. 4. c. 12 §. 4. & c. 15. §. 3.* sunt sordes, inquinamenta: Lutheranis, etiam peccata: Nec ea noua sunt, cùm in lege & Naturæ, & Mosaica fuerint frequentata. Itaque confertur ibi figuratum Sacrificium cum figurato.

AD SVASIONES liquet ex hisce refutatio: quæ Patribus vtuntur falsariè.

Cætera documenta ex Prophetiis, ex Prædictione Christi, Ioann. 4. ex Institutione Cœnæ, ex Vnu Apostolorum, Virgine in meo Antichristo p. 3. q. 27.

QVÆSTIO LXXIV.

An Missam esse propriè dictum Sacrifício doceatur ex Antiquitatibus Ecclesiasticis?

LUTHERANI & CALVINISTÆ eleuentur ac eludere Varias Antiquitates Ecclesiasticas, Sacrificii Incruenti testes, deinceps prefertim commento vano: *Aut* illi testimonia Sacramenti Eucharistia: non Sacrifício Missæ; *Aut* monumenta Vnici Crucienti Sacrificii in Cruce.

I. *LVTHERVS* de capt. Bab. c. 1. t. mīdiæ in P. am. FERSAN vocant Sacrificium Orationes ad Cœnum fæcili solitas; &c. *Sinihil habetur, quod dicatur; itum fæ-nis nangare,* quam Missam esse Sacrificium conuenit Lib. de abroganda M. Ila. Professus aduersus amanum, quod contra Ritum Ecclesie & Statuta Patrum invenerim; nihil horum me auditorum. Lib. cont. a Regn. Anglie. *Dicta Patrum inservit Rex pro Missari Sacri-ficio, & videt meam stultitiam, quod dolo vienam pre omnibus.* Hoc est quæ dixi: Thomistæ affectu benevolentil, quod producent, nisi constitutum hunc, & Usu An-siquum. Ibid. arte nulcurare, in mille Augustini, mille Cypriani contra se fecerunt. lib. de M. Ila privata. *Hic non moramus, si clamens Eccl. Ecclesia, Patris, Patres:* Quia hominum fiducia nihil in tam magnis causis curamus. Si invenimus Prophetas ap. os esse, adeo q. Apostolos. Verbo Christi inducimus Ecclesiam. *Apostolos ad egyptios August.*

C ALVANVS Inst. l. 4. c. 18. §. 6. Initio ad Sacramentum Eucharistie & Patres vocant Sacrificium quia est memoriale Sacrificii Crucis. Ita & Kemnit. 2. *Quia Veteres video alio-banc Memoriam detorisse, quam Institutum Domini conueniebat (quod repetita Immolationis faciem præseferebat:) nihil cuiusquam in simpliciæ Dei ordinattione acquiescere. Et in Certe si cogitamus, Domini, non hominum Co-nam esse, non est cur illa hominum autoritas, vel annorum prescriptione patiamur nos ab di-monieri.*

II. *KEMNITIUS* pat. 2. Exam. pag. 78. Negari non potest, Veteres, quando loquuntur de celebratione Cœna, usurpare vocabula: *Sacrificij, Immolationis, Oblationis, Hostie, Victimæ. &c.* Ut tamen eludat, quatuor fit-



git. 1. Histrionicam illam Missæ gestulationem ex Patribus doceri non posse. 2. Patres sic explicari, quod loquantur *Vel de elemosyna; Vel de Precibus Cœnæ; Vel de Gratiam actione; Vel de prædicatione mortis Christi; Vel de exercitiis pietatis variis; Vel de Oblatione*, quâ fideles teipso Deo vovere solebant. 3. Quia disertè dicunt, in S. Mensa sicut esse Agnum Dei ineruente immolatum ait, *Ego verò non nego hoc*: Et fingit tria. 1. Chitum esse Sacrificium propitiatorium: Actionem Cœnæ dici Sacrificium, quia Consecratio & Distributio Cœnæ fit. 2. Quod sit Commemoratio Cruenti Sacrificii. 3. Demum causam desperans ait: *Neg, Veterum, quale scunq; sententie; sed Scriptura Canonica est regula fidei, & iudicij in hac controvergia.*

III. LUTHERANI, ut Kemnitius vult, Vocem *Sacerdos, Sacerdotium, Patribus capi pro ministerio prædications, & Cœnæ: non pro Sacrificiali Missa.*

IV. CALVINVS ibid, mentitur, Veteres honorem *Sacerdotij* sic vni C. isto tribuisse; ut Antichristi vocem putarint, teste Aug. l. 2. contra Parmen. c. 8. si quis Epicopum fecisset intercessorem inter Deum & homines. ibidem 11. Imitati sunt proprius Iudaicum Sacrificandi morem; quam aut ordinarat Christus; aut Euangelii ratio ferebat: de Liturgiis S. Iac. Clem. Basil. Chrys. &c. loquitur.

A V T O R. I. S. Patres, de Eucharistia loquentes, his vtuntur vocibus: *Sacrificium, Oblatio, Immolatio, Hostia, Victimæ: Offerre, Sacrifare, Immolare*. II. Altaria posuerunt & coluerunt iidē Sacrificiis: Supponunt igitur Eucharistiam esse Sacrificium. III. S. Patres, Ministros, qui Euch. offerunt vocarunt, *Sacerdotes*; eorum Ministerium, *Sacerdotiū*: At Sacerdotium munus proprium est, *Offerre Sacrificium*. Hebr. 5. 1 & 8. 1. IV. LITVRGIAE perantiquæ S. Iacobi,

Clementis, Basili, Chrysostomi, & Ambrosii l. 5. & 6. de *Sacramentis*, expositio earum. &c. testantium Missæ Sacrificiū. V. S. Patres Eucharistiam pro aliis in Sa. crificio offerebant, offerendumque docent; quod de Baptismo aliisque Sacramentis nequaquam. VI. Tanta est Legis seu Religionis coniunctio cum Sa. crificio; ut separari nequeant: Nulla enim gens, natio, Religioue vñquam cauit Sacrificio: at si tollas Missam, Christianis nullum erit externum. Bell. l. 1. c. 20, 21. VII. Consensus Ecclesiæ doceat Missam temper, & vnicum fuisse Christianis Sacrificium. Idque fatetur Lutherus lib. contra Regem Anglie. Caluinus ibid. §. 1. Kemnitius. &c.

D I C O A D I. Contemptus S. Patrum Lutheræ. Caluinistas arguit hæc-sios, & Defectionis Antichristianæ.

A D II. Status quæstionis non est de Ritibus Missæ; verùm de substantia. At quæ coaceruat Kemnitius, ea cunctis Christianis vtriusque sexus sunt cōmu-nia: Offerre verò sacrificium folius esse Sacerdotii volunt rectè S. Patres. 2. De-inde: Si actio Cœnæ ideo diceretur Sa-crificium, quia est Sacra Actio; iam Sa-crificium esset & Baptismus, omnisque actio pia: quod contra omnem vsum lo-quendi est, piam quamque actionem di-cere Oblationem: quam solam Augustinus & Cyprianus vocant Sacrificiū Deo factum. 3. Et mentitur Kemnitius, ab eis Sacrificium dici Eucharistiæ distri-butionem. 4. Item idem mentitur, Obla-tionem & Sacrificia à S. Patribus solum intellige de Sacrificio Crucis; & non de Missâ: ideoque Cœnam esse Sacrificium duntaxat Commemoratiuum. Bell. c. 15.

ss. 3. AD



A D III. Sciens falsum dicit: quae si S. Patres netcissent distinguere inter Concionatorem, & Sacerdotem. Heb. 5. Omnis Pontifex constituitur in iis, quae sunt ad Deum; ut offerat dona & Sacrificia. Sic & Heb. 8.

A D I V. Sacerdotes non vocantur propriè Mediatores per modum Redemtionis, sed per modum Deprecationis. Nec; Missa est Sacrificium ad morem Iudaeum; sed Veritas typicorum Sacrificiorum; quæ omnia Christus in Cruce consummavit, & antiquauit. Crucis Sacrificium vero non fuit proprium & unicum Christianis; sed Commune omnibus veris Religionibus, quæ in lege naturæ Moyisque fuit; nam Sacrificia vtriusque legis respectarunt ad hoc Crucis.

Q VÆSTI O LXXV.

*An in aliqua Missa parte consistat
Essentia Sacrificii?*

LUTHERANI item & CALVINIANI Catholicon utuntur & diuersitate tentiarum, & argumentis; quæ nos exerciti gratia mouemus: ipsi, à diuisis partibus singulis ad torum: Malè.

A U T O R. 1. **OBLATIO** panis & vini pertinet ad Integritatem Sacrificii; nō ad Essentiam. Quia licet omittatur casu Offertorium; verum tamen erit Sacrificium. Nam Corpus & Sanguis Christi sunt propriè materiale quod offertur. Sicomnes. **CONSECRATIO** materiae vtriusque iunctim, est formalis Essentia Sacrificii; sed probabilius Partialis, quam Totalis. **OBLATIO** secunda, id est. Elevatione est item pars formalis. Sic omnes. **FRACTIO** est pars integrans:

Nam si in Calicem S. incideret tota Hostia, relinquenda foret, non frangenda; & verum tamen esset Sacrificium. **S V M T I O**, à Consecrante facienda, pars est Essentialis.

R A T I O. Quia tria requiruntur ad Sacrificium: 1. Vt res profana fiat sacra per Consecrationem. 2. Vt res sacrata offeratur Deo. 3. Vt res oblatæ mutetur, aut ordinetur ad veram externam mutationem. *D Th. 2.2. q. 85. art. 3.*

I I. C O N S E C R A T I O potissimum est Essentia Sacramenti; ita tamen vnicludat præuiam Oblationem, & sequentem mutationem, seu sumptionem. 1. Quia nihil in Missa tam fit in persona Christi, quam Consecratio: vt quippe Consecravit. 2. Quia Apostoli, eadem proferendo verba, consecravunt, & vti Dominus, sumserunt.

Q VÆSTI O LXXVI.

An Missa sit Propitiatorium, & Impetratorium Sacrificium?

LUTHERVS I de Capt. Babyl. c. 1. In Confess. Aug. art. de Missa: Confess. Wittenb. c. 16. Item

C A L V I N S Instit. l. 4. c. 18. §. 13, 14. 11. Kemnitius p. 2. Exam. in Seff. 22. Cœnæ distributionem, & Mandationem: sive eucharisticam & latreuticam, vtpote ad laudes Dei factam, facile annunt. At vel esse Sacrificium propriè dictum, vel Propitiatorium aut Imperatorium, pernegant.

S V A D E N T Q; istis. 1. Lutherus. Non potest unus pro altero baptizari: ergo nec sumptio Eucharistie unius pro altero fieri: non igit Missa est propitiatoria. Quia Communio unius prodebet alteri. 2. Kemnitius. Si Missa esset propitiatoria pro remissione peccatorum, vtile esset non accedere Sacramenta pro remissione peccatorum percipienda faciū. *Op. 5.*

